

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Mitto R. d. t. proposit. meas de vivifica carne Christi, salutem adscribo
D. D. Pappo, amico reverenter colendo.

R. d. t.

Deditiss.

Timotheus Kirchnerus, D.



LXIV.

Salutem in Servatore Christo, Reverende & clarissime

D. Doctor, & frater plurimum colende.

OMnino constitueram hoc mercatu ad vos rursus descendere, & id peragere, cu-
jus gratia ad vos nuper eram profectus. Sed quia audio, Illustriss. Electorum
Legatos nunc isthic esse, veritus sum, ne rursus alieno tempore venirem. Itaque
prius Magnifici Dn. Cancellarii voluntatem & consilium explorandum putavi. Ne-
gotium est fratris Andreae, qui operam suam, sive in re militari, sive in alia ali-
qua honesta functione politica, Illustriss. vestro offert. Eum te oro, ut tuis quoque
verbis D. Cancellario commendes, & has ei adjunctas tradas. In negotio fratri tui,
M. Ulrici, moveo equidem, quantum possum, & habeo ~~apud~~ ⁱⁿ ~~vicinis~~ ^{vicinis} D. Fabrum, &
Rectorem Junium: Sed quantum promoveamus, nondum apparet. Sed de his
rebus, aut coram brevis, si D. Cancellario consultum videbitur, ut redeam, aut co-
piofius per aliam epistolam. D. Collegis tuis academicis omnibus & singulis, quo-
rum & erga me humanitatem, & inter seipos planè fraternam concordiam non ces-
so nostris commendare, sal. pl. quam officiosiss. meis verbis dices, tuæ etiam honestiss.
conjugi, & liberis. Bene in DOMINO, frater chariss. vale. Argentorato, 27. Au-
gusti, 1583.

Tuus in Domino frater

Joh. Pappus, D.



LXV.

S. D. Reverende & clarissime Domine Doctor.

ET DEO gratum officium est, & communi naturæ ac societatis humanæ fœderi
congruit, ut hospites ac peregrinos, qui honestas suæ professionis causas habent,